

sane erraret qui has operationes mere sensitivas diceret: qui enim loquitur, mentem suam aperit; qui audit, mentem suam ab alio informandam atque dirigendam vult. Quinimo, ut propius ad NT accedamus, ubi loquens exponit quid sit faciendum, audiens alteri praebet non tam mentem ut informetur quam voluntatem ut dirigatur.

cf. $\delta\iota\delta\acute{\alpha}\sigma\kappa\omega$, TWNT, II, 140-150 (Rengstorf). Ubi distinguitur inter "docere" Graecorum, quod in principiis exponendis et conclusionibus demonstrandis esse voluit, et "docere" Hebraeorum quod in Lege exponenda atque inculcanda consistebat. ~~Ubi~~ Quare etiam hodiernus populus dictitare solet experientiam melius quam magistros docere.

Illud denique omittendum non est ipsam stricte dictam analogiam psychologiam in eo contineri quod est verbum evangelicum dicere et audire. Quod tamen non est intelligendum quasi hoc in exemplo ab his perspiceretur emanatio intelligibilis, qui eam etiam in propria conscientia intellectuali et morali frustra ^{quaerere videntur.} ~~quaerunt.~~ Neque iterum est intelligendum quasi in verbo evangelico dicendo et audiendo inveniri posset, quod a non paucis auctoribus fingitur cum ^{na} emanationem intelligibilem non intellexerint et aliud nescio quid in loco eiusdem ~~substituere consentur.~~ ~~Sed illam emanationem intelligibilem proprie dictam in verbo evangelico dicto vel audito contineri dicimus quae ab aetate rationis ^{is} ~~adepta~~ innotescere incipit, ~~quae~~ quae a parvulo intra propriam conscientiam invenitur quando vera et falsa, bona et mala, culpabilia et inculpabilia ~~et delectabilia et~~~~

Quibus perspectis, dicere censem analogiam psychologiam rite intellectam esse sententiam intrinsece probabilem.

Congruit enim omnibus quae vel revelata sunt explicite vel implicite revelata sive a magisterio ecclesiae sive a doctoribus melioribusque theologis docentur. Neque aliud fuisse videtur de hac re iudicium S. Thomae.

Cf. Sext. Sum. theol., I, q. 32, a. 1 ad 2m.

Quantum vero congruat, iam dicendum est et ideo praesertim quod a multis hodie auditur aliter "verbum" in scripturis dici et aliter intelligi ab iis qui analogiam psychologiam defendant. Quod concedendum esse arbitramur ubi haec analogia ab iis defenditur qui eandem parum intelligunt; sed negandum ubi huius analogiae intelligentia attingitur.

Nam in NT, si bene enumeravi, occurrit vox, *λόγος*, 184ies in ~~XXX~~ sensu verbi quod est Dei, Christi, Domini, veritatis, salutis, gratiae, evangelii, regni, legis. Brevissime, verbum *hiscis in locis* est verbum *kerygmatis Dei revelantis, verbum kerygmatis.*

Enumerationem feci apud A. Schmoller, Handkonkordanz zum griechischen NT, Stuttgart edit. 11^a, pp. 314-16. Cf. TWNT IV, 100-100 (Kittel)

Quo in verbo perspici possunt tum processio secundum veritatem tum processio secundum moralitatem seu sanctitatem. Prior perspicitur in quantum ex Deo per Christum et apostolos est; posterior perspicitur in quantum idem verbum auditur, ~~XXXX~~ annuntiandum accipitur, creditur, custoditur, observatur, et alia quae bonam voluntatem ex vero h verbo procedentem dicunt.

Vide quae superius diximus circa "audire," p.

Neve dicas haec ad analogiam psychologiam non pertinere; nam sine processu psychologico eoque rationali secundum veritatem,

circa voluntatem analogiam petunt non ex eo quod cognoscitur
sed ex eo quod ab iis postulandum esse supponitur.